a propter consilio hoc statuit nulla alia uia id parari posse, Obstabant quidam cum
id concedi perdifficile et inopportunum eo anni tempore uideretur cum agere atque con
gelatæ essent uiæ neque ulla extra urbem legitima causa eum auocabat, tum parem
tibus et significari de hac re nihil potuisset, qui impedimento erant futuri
arduum adiiciebatur discrimen tanti negotii abditis. Perplexus erat omnibus
animus nec quid agere neque etiam quid horrescere posset unusquisque sci:
ebat; Diuersis sanctimonia uitæ præclaris uiris simulque doctrina in:
signibus res explicatæ, quæsita cælo terraque consilia, precibus etiam ut
quotidianis auxiliarentur oratum: Sacrum missæ officium ut pro
horum rerum meliori inspiratione celebrarent apud pios sacerdotes
additis una eleemosynis curatum fuit, Nos ipsi preces et ieiu:
nia instituimus, saepius ad templum S. Joannis in Monte Cælio pro
rebus nostris ad Deum orationes fudimus, Non enim tutum uidebatur
neque etiam rectum afflictum tot turbulentiis principem in summo maiestatis
fastigio genitus deserere, quamuis hoc etiam a singulis propositum fue:
rit non una uice, contra quam sententiam grauissimis criminationibus
insurgebat princeps, Monebat quippe cunctantium quæ ueritatem eam tem:
pore ostenderet quam negocii præsentia occultabat, est enim plerunque
ueritas temporis filia, Sub S. Joannis Euangelistæ præsidio [illegible]
tum opus propagatum,

Princeps sequenti die longa deliberatione ad patrium recedendi oppidum
3 genn ueniam sibi sumpsit cum eam concedere reliqui pro salute principis
coacti uiderentur ne res in deterius laberentur, Ne tamen ulterius
progrederetur quam ad eum locum perfecte statutum fuit. Hoc pacto
statuto an uerum fuerit nec ne haud scitur Eclipsatus ex usurpatione
domesticorum perduellium Interamnium recedendi licentiam postulauit
Quam cum diu ac summa necessitate adstrictum se petere diceret volen:
ter uolentes ei concesserunt, Mansit tamen synceriorum animisque dubii
aliquid eum periculi præsentis fuga consultius decepisse, quod reliquos
etiam satis terruit et ad similem uoluntatem suscitauit. Septimo Ja:
7 genn. nuarii a Calendis die Interamnium concessit. Quæ res haud plane illu:
minato cura eum sibi socium per cohortem elegisset ad contra aulicorum
insolentias præsidium sperabat peropportunum, tam etenim sola eorum
debacchantium insolentiam deprimere haud poterat, tamen et hoc
tulit. Verum princeps qui eius curam ex animo gerebat, tam præsenti
nec periculo illuminatum committere haud uoluit. Jussit igitur ut
a parente licentiam proficiscendi Priuernum peteret sed interim do:
mi apud Tordigradum hæreret, donec ipse discessisset tunc secundo